Fragmentarium

sensus iste sumitur. Conformiter itaque osee exponitur historice. tropologice. allegorice. hic est triplex in leui
tico. panis in clibano. panis in sartagine. panis in craticula. Generatio enim maria .xii. prophetarum est
christi incarnatio. Initium ad fidem uenit. eiusdemque conformitatem uocare. Modus in osee trac
tandi talis est. Primo quidem prologum premittit. ubi ostendit quis propheta et cuius filius. et
sub quibus regibus prophetauit. Deinde dicit dominum in eo primum fore loquutum. Postea
sub metaphora meretricis et adultere mulieris agit de .x. tribubus et duabus. nunc
communiter. nunc separatim. Interdum agit de passione et resurrectione cum ait. Viuificabit nos post duos dies
in die tertia suscitabit nos. Item. Ero mors tua o mors. In fine uero sui tractatus ostendit dicens. Quis sapiens et
intelliget ista. Huic autem libro ieronimus premittit duos prologos. unum ad totum librum pertinentem. a
lium ad osee tantum. Primus totius libri prologus sic incipit. Non idem ordo etc.

Temporibus ozie et ioathe. achaz et ezechie regum iuda. ieroboam filii iohe
regis israel. osee filius beeri ad prophetiam dicendam spiritu sancto repletus est. De memorato
itaque numero regum. achaz rex iuda et ieroboam rex israel dominum delinquentes. ut historie
regum et paralipomenon indicat. et israel ydolatrie cetum impio ac potestate sua ad
mittere coegerunt. propter que deus ad osee sic locutus est dicens. Accipe tibi uxorem fornica
riam siue fornicationum et fac filios fornicationis. Fornicariam itaque non elocatam corporis me
tricem sed gentilem deum ignorantem appellat. que dei creatoris amore contempto simulacrorum
se subiecerat desideriis. Sed cum dei precepto propheta in hac parte paruisset. conceptum
ex ea filium iezrael precepit nuncupare deo pollicente. post breue tempus sanguinem iezra
el in domo hieu uindicare. Cuius promissionis hec causa est. hieu per eliseum in regnum unctus
ad defendendum sanguinem naboth ciuis iezrael. que eo tempore erat metropolis
quam iezabel achab regis israel uxor interemerat sicut regum historia exponit. Is cum ꝯfiut ultra
diuinum preceptum uindicandi sanguinis causa in omnem memorati domum deseuisset
hoc pacto dominum deliquisse inuenitur. Ex quo nepote ieroboam qui lectione comprehensus
originis sue facta imitante. ac contra dei precepta et religionem cum populo israel agente sanguis
naboth qui in loco certe iezrael fuerat profusus. in domo hieu patris memorati iero
boe per peccata redundaturus significatur. Hinc factum est ut ira dei in populo israel per denuntiatio
nem prophete processura diceretur. domum autem iude misericordia lectione comprehensa. ob hoc promis
sa est. quia ezechias rex iuda filius achaz sublatis idolis que tam pater eius quam ceteri reges consecra
uerant. templum dei purificasse ac purgasse monstratur.

Sanctus iohel apud hebreos. post osee ponitur. et sicut ibi sub nomine ephraim ad .x. tribus conferuntur
uaticinium. que et samaria uel israel sepe memorantur. sic in hoc propheta omne quod dicitur ad
tribum iuda et ad ierusalem pertinere credendum est. et nullam omnino israelis id est .x. tribuum in hoc fieri men
tionem. Tempora quoque quibus prophetauit eadem debemus accipere que in osee legimus. In diebus ozie. io
atham. et achaz. et ezechie regum iuda. et in diebus ieroboam filii ioas regis israel. porro sciendum est
sermonem domini ad mittentem et referentem cui fit. Non ad conditionem illius quod factum dicitur. ut alibi legimus. Dominus in
factus est in terra. Audiendum autem in scripturis sanctis non est iste qui in aure sonat. sed qui in corde percipitur. Iuxta
illud quod dominus loquitur. Qui habet aures audiendi audiat. Quod autem dicit auditis. et cetera latine sonat auribus
percipite. ipse non aure sed corde percipitur. Qui senes sunt et celestes. audiunt spiritualiter. qui uero ha
bitant in terra. appellantur quoque terreni. auribus percipiunt. Verumque autem hec duo uerba coniuncta po
nuntur. non ad simplicem tantum uerborum sonum sed ad recondita quoque dictorum intellectum pertinere sci
as. In genesi lamech loquitur ad uxores suas ada et sella. Audite uerba mea uxores la

num

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.7, 4v – Petrus Lombardus: Prologus in Isaiam; Prologi varii
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4if4/5131/49076)